

tionem, sed tantū quoad exclusionem. Ita explicat Aruams d. Exerc. Iusti. 9. sub. th. 19. circa finem vbi & alijs obiectionibus occurrit. Harprec.

ritates hinc inde. Tamen vt potes ex prædictis colligere non videtur dubitandum, quin etiã hodie opinio illius gloss. sit magis communis: & credo, quod sint plures Doctores, qui attestantur illam esse communem, quam illi, qui tenent opin. contra gloss. nihilominus, quia contraria opin. vt omnes fatentur, est æquior, & forte etiam est verior in pũcto iuris, non est ita absolute adherendum opinioni illius gloss. sed pro concordia, etiam ex communi mente Doctorum, putarem ista posse distingui. Aut ille, qui fuit institutus in testamento, erat extraneus ipsi testatori: & intelligo extraneos omnes illos, qui nõ sunt descendentes ipsius testatoris, licet sint ei sanguine coniancti, & tunc procedat opi. gl. in d. l. Lucius, vt scilicet eius filij in conditione positi non censeantur vocati: & hic casus procedit absque dubio, vt dicit Curt. sen. in d. con. 45. num. 2. quod consilium, vt dixi, fuit editum sub nomine Venerandi Collegij Papiensis. Et dicit Socin. conf. 37. post num. 30. lib. 4. quod opin. gloss. in transuersalibus est multum communis, & indubitata in consuendo, & iudicando. Non enim potest vlla affectio testatoris erga tales filios verisimiliter considerari, vt eorum favore dicatur voluisse imponere in Instituto onus fideicommissi. Aut isti filij positi in conditione erant descendentes ipsius testatoris: & tunc aut nulla subest coniectura, quod testator eos vocare voluit, præterquã, quod simpliciter eos posuit in conditione: & hoc casu etiam procedat opin. gloss. & magis communis, scilicet quod solum-

modo censeatur testator voluisse eis reservare ius legitima successionis ab intestato, non autem voluisse gravare heredem institutum, vt hereditatem illis restituat. Nam conditio ipsa nihil ponit in esse: & regulariter nõ inducitur tacitum fideicommissum, nisi vbi ex coniecturis colligitur mentem testatoris illam fuisse, vt fideicommissum induceretur. Et ab hac opi. vbi nulla subest coniectura, temerarium esset, iudici meo, consulendo, aut iudicando recedere. Aut vero, aliqua subest coniectura mentis testatoris, quod voluerit istos filios in conditione positos vocare, & tunc intrepide tenenda est opin. Oldr. & sequacium, quod censeatur tacite vocati. Et ita dicitur communiter Doct. nostri, etiam qui regulariter negant eos vocatos esse, vt dicit Soc. iun. conf. 128. num. 73. lib. 2. Dicit etiam Crauet. conf. 62. num. 6. quod licet Doct. magis communiter videantur sequi gloss. in d. l. Lucius, tamen cum tot, & tantæ sint auctoritates in contrariũ, de facili ex aliquibus coniecturis receditur ab illa communi opin. Idem etiam dicit Soc. iun. in d. conf. 110. post num. 20. vers. verum si quis, libro 3. Et hanc conclusionem, quod vbi adest aliqua coniectura, filij, seu descendentes positi in conditione censeantur vocati, non solum ad exclusionem ultimo loco substituti, sed etiam ad hoc, vt possint gravari, dicit esse communem Soc. conf. 63. lib. 3. prout illum refert, & sequitur Paris. consilio 78. num. 7. libro secundo. Et licet ego non reperiam Socin. in allegato consilio id attestatẽ, hæc tamen conclusio proculdubio tamquam communis, tenenda est in practica, neque ab ea esset consulendo, aut iudicando recedendum.

huiusmodi filios in conditione positos gravauerit. Ex Additionibus. 1 An & quatenus ex eo, quod filij positi in conditione per testatorem sunt gravati, censeantur vocati, remissive.

QVÆSTIO LXXVIII.

S V M M A R I A. Ex Claro.

1 Prosequitur eundem articulum, tractaque quid si testator

ADDITIONES.

Quæ sunt huiusmodi coniecturae. Ad istã, & sequentẽ quæstionẽ vide Gabr. de fideic. q. 4. Menoch. toto cõf. 135. vol. 2. & vberius Hier. Zanch. in rep. §. cum ita l. heredes mei ff. ad Trebel. par. 6. Govean. b Filios gravasset. Ad de, quod istam opin. vt filij positi in conditione at que gravati censeantur vocati, dixi nouissime Ioan. Caphal. in consil. 93. quem vide per tot. quia & ipse concordantes retulit, frequentiorẽ, humaniorem, ac veriorẽ sententiam dicens: quam procedere maxime dicit, vbi voluntati testatoris alia coniectura concurrunt; & vide in d. collect. mea commun. opin. vbi supra. Giach. Quod si testator ipsos filios gravasset, censeatur etiam in necessariam con-

QVÆST. LXXVIII.

Ed videndum est, quæ sint huiusmodi coniecturae, propter quas sit præsumendum, quod testator voluerit tales filios in conditione positos vocare? & in hoc diligenter aduerte, quia non sufficit dicere testatorem non sufficit dicere testatorem ita verisimiliter voluisse, nisi coniecturae sint sufficientes, & ex ipso testamento colligi possint. Et ita communiter concluditur, vt dicit Paris. conf. 77. num. 18. lib. 2. In primis autem Bart. in d. l. Centurio, num. 37. tenuit, quod si testator ipsos filios gravasset, censeatur etiam in necessariam consequentiam eos vocasse: alias enim non valeret gravamen, tanquam relictum ab eo, qui non fuisset honoratus: &

ideo si testator iusserit hereditatem suam restituere Titio, si filius ipsius testatoris sine liberis decesserit; & etiam si filij ipsius filij, quem instituit, pariter sine liberis decesserint, secundum hanc opinio. Bart. videbuntur tacite vocati etiam filij ipsius filij, qui fuit institutus, licet tantum positi in conditione, ex quo testator eos pariter gravavit, iubendo, eis decedentibus sine filijs, hereditatẽ suam Titio restituere. quos tamen gravare non potuisset (vt dixi) nisi præsupponamus, quod eos prius honorasset, & sic vocasset. Et hanc dixit esse communem theorivam Doctorum Corn. consil. 1. colum. 9. in littera R. lib. 3. Socin. consil. 259. num. 5. lib. 3. Dicit etiam Corn. consil. 22. colum. 3. in littera R. lib. 2. & consil. 256. in littera R. lib. 3. se vidisse quosdam consulentes, qui allegabant Paul. de Castro in l. ab. eod. C. de fideicommiss. dicentem, quod hæc opin. Bart. sit communis: & credo, quod Corn. in consilijs supra allegatis sentiat de Alexan. qui ita allegat consil. 64. num. 2. lib. 5. licet revera Paul. de Castro in lecturis, quæ communiter habentur ibi, hoc non dicat. Dicit etiam Curt. sen. conf. 51. post nu. 20. versic.

LIBER III. S. TESTAMENTVM. Quæst. LXXVIII.

vers. Si ita est, quem refert Bertrand. conf. 137. post numer. 24. lib. 6. quod videtur magis communis ista sententia Bart. quotiescumque cum gravamine concurrat aliqua coniectura mentis testatoris. Hanc etiam opin. dicit esse hodie magis communem Socin. iun. in d. conf. 110. num. 21. Ferdinandus Loaz in Apostill. ad repet. Galiaul. super d. l. Centurio. Sub nume. 548. Et hanc opin. Bart. dicit servari in actu practico iudicando, & consulendo. Angel. Aret. in S. fin. in fin. Instit. de pupill. substit. quem refert Dec. in l. 1. post num. 15. Cod. de pact. Et secundum hanc opin. Bart. in facti contingentia iudicare solet Curia Parliamenti Delphin. vt dicit Guido Papa in decis. 39. & refert etiam se audivisse Crauetta conf. 155. num. 5. illam etiam dicit teneri iudicando, & consulendo, Mantua conf. 92. num. 10. lib. 1. & secundum illam fuisse iudicatum attestatur Rip. in d. l. 1. nu. 11. C. de pact. prout etiã intellexi proximis diebus iudicatum fuisse in Vener. Collegio huius Civitatis. Sed quid dicant præallegati Doctores (salva eorum reverentia) opin. contra Bart. est magis communis, quod scilicet ex eo, quod filij positi in conditione sint gravati, nõ tamen propter hoc censeantur vocati: sed quod quantum ad ipsos tale gravamen prorsus rejiciatur, tanquam iniunctum personis à testatore non honoratis, & censeatur iniunctum sub duplici conditione, scilicet si ipse sine liberis decesserit, vel si eius filij pariter sine liberis decesserint. Et hanc opin. contra Bartol. esse magis communem attestatur Alexand. conf. 219. num. 2. lib. 2. vbi dicit, quod opin. Bartoli est damnata, & conf. 13. col. fin. lib. 4. prout illum refert Socin. conf. 69. post num. 7. vers. Præterea, & secundo, libro 3. & consil. 104. post nu. 8. vers. secundo respondeo, lib. 3. Ego tamen non reperio Alex. in d. conf. 13. attestantem de communi in hoc articulo, licet multos alleget, qui tenent contra Bart. eadem opin. contra Bart. attestatur esse magis communẽ, Soc. conf. 62. post num. 12. C. de pactis. vbi dicit, quod Bart. solet communiter in hoc reprehendi per Scribentes, & consil. 35. colum. 2. vers. sed præmissis, & colum. fin. lib. 3. Curt. Sen. conf. 42. num. 7. & conf. 45. sepe allegato, num. 16. & conf. 63. num. 6. quem refert, & sequitur Ruin. conf. 139. num. 16. lib. 3. Dec. conf. 270. post num. 1. vers. nec obstat, & consilio 201. in fin. et conf. 384. post num. 6. vers. Secundo non obstat, & conf. 422. num. 2. Curt. Iun. conf. 11. num. 2. Ruin. consilio 114. num. 4. lib. 2. & conf. 114. num. 4. eod. vol. Emil. Ferrer. in d. l. 1. num. 8. C. de pactis, & conf. 59. post num. 5. Bertrand. conf. 129. nu. 1. lib. 2. in 2. par. & conf. 182. num. 3. lib. 4. in 2. parte. & conf. 136. post num. 1. eod. vol. & conf. 251. num. 3. eod. vol. Ripa in d. l. Centurio, nu. 166. & seq. & in d. l. 1. num. 11. de pactis. Bellon. conf. 81. post num. 5. Paris. consil. 31. num. 4. lib. 2. & conf. 44. num. 7. eod. volum. & consil. 87. num. 13. eod. vol. Socin. Iun. sibi contrarius conf. 112. num. 4. lib. 1. & conf. 118. num. 22. eodem volum. & nouissime idem attestatur Illustr. vir, & summa eruditionis D. Di-

dacus in cap. Raynutius, §. 3. num. 3. cuius scripta in titulum de Testamentis, nuper edita, ad manus meas pervenerunt, postquam hic S. Iam fere pro maiori parte erat impressus, vbi dicit apud se dubium non esse, hanc sententiam contra Bartol. frequentiori calculo receptum fuisse. Et sic (vt vides) non est dubitandum, quin hæc opinio contra Bart. sit magis communis. Quia tamen multi, et magna auctoritatis Doctores tenuerunt cum Bart. cuius sententia merito deferre debent omnes iuris Professores: bonum esset etiam ex communi mente scribentium opiniones concordare, distinguendo tres casus. Primus casus est, quando expresse gravamen iniunctum est ipsi filio instituto, sub duplici tamen conditione, puta, Instituto filium meum, & si filius meus sine filijs decesserit, vel eius liberi sine filijs decesserint, volo, vt prædictus filius meus restituat hereditatem meam Titio. Et hoc casu, ex quo filius est expresse gravatus, non autem eius filij non videtur tractandum, an tales filij censeantur vocati, vel gravati, cum illis nullum sit gravamen iniunctum. Et ita etiam videtur fuisse de mente Bart. quem omnes sequuntur, ita vt nemo discrepet, vt ait Bello. in d. conf. 81. num. 6. qui refert ita attestari Socin. conf. 218. colum. 3. lib. 2. & Curt. Iun. conf. 239. nu. 20. qui dicit, quod in hoc omnes transeunt cum Bart. Secundus est casus, quando expresse gravamen est iniunctum ipsi filijs in conditione positis: puta, quia testator dixit Instituto filium meum, & si filius meus sine filijs decesserit, volo, vt restituat hereditatem meam Titio: & si filij nati, vel nascituri ex ipso filio meo instituto pariter sine filijs decesserint, volo, vt restituant hereditatẽ meã eidem Titio. Quo casu, vt verum fateamur, opinio Bart. videtur magis conformis menti testatoris, & etiam æquior. Dico ergo, quod aut isti filij sunt ex descendentes ipsius testatoris, & tunc teneo opin. Bartol. quod censeantur vocati, ex quo in illis consideratur ordinata affectio testatoris, vt sui descendentes illi succedant. Aut sunt extranei, scilicet, qui non sunt descendentes Testatoris, & tunc absolute teneo opinionem contra Bart. quod nõ censeantur vocati, sed quod quantum ad ipsos gravamen rejiciatur. Tertius autem est casus, quando gravamen nõ est expresse iniunctum ipsi filio instituto, neque etiam eius filijs in conditione positis, sed simpliciter Testator dixit, si filius meus sine filijs decesserit, vel etiam eius filij sine liberis decesserint, volo vt hereditas mea perveniat ad Titium; & hoc casu pariter est tenenda opin. contra Bartolum, quæ (vt dixi) proculdubio est magis communis, vt scilicet tales filij in conditione positi non censeantur vocati, nec gravati, sed censeantur iniunctum gravamen filio instituto, sub duplici conditione, vt supra dixi. Bene verum est, quod si tales filij essent ex descendentes testatoris, & ultra gravamen adest aliqua alia etiam levis coniectura mentis testatoris, de facili inclinarem in sententiam Bart. & secundum hanc distinctionem, si casus contingeret, intrepide consulere, & iudicarem.

QVÆSTIO LXXIX.

S V M M A R I A. Ex Claro.

- 1 Successive tractatur quid si testator in tali substitutione appoverit verbum masculinum.
2 Et quid si sint ex descendentes ipsiusmet testatoris.
3 Et quid si testator digressus sit ad plures gradus substitutionum.

- 4 Et quid si testator adiecerit, quia vult bona sua in familia conservari. Ex Additionibus.
1 Liberi masculi positi in conditione, an videantur substituti, remissive.
2 Et quid, si sint ex descendentes ipsiusmet testatoris.
3 Et quid, si testator digressus sit ad plures substitutionum gradus.
4 Et quid, si testator voluerit expresse bona in familia conservari.

ADDITIONES.

S testator in conditione ipsa appoſuerit verbum *Masculis*, &c. De hac coniectura, post Clarum nostrum, & ex eo causatos, consule Crauet. conf. 130. nu. 2. & conf. 62. nu. 15. Cephal. conf. 115. nu. 23. conf. 25. n. 77. & conf. 252. nu. 17. Rolan. a Valle conf. 5. n. 5. Fernandū Vafq. de success. progress. §. 4. n. 4. Ant. Gabr. commu. concl. lib. 4. tit. de fideicommiss. concl. 4. Franciscum Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 3. num. 7. & Grass. lib. 1. r. recept. sent. §. fideicommissum. q. 14. nu. 1. Harpr. b Non recipitur. Adde etiā quod communiter ista limitatio de masculinitate, damnatur attestator Rolan. in conf. 51. col. 6. vol. 3. in vers. secundo non obstat. Giach. c Quando isti filij positi in conditione sunt ex descendentes ipsius testatoris. An ¶ & quatenus libere qui sunt ex descendentes testatoris, positi in conditione, intelligantur substituti, siue vocati, post Clarum nostrum, & alios, tradit Franc. Mant. d. lib. 1. tit. 3. num. 1. Harpr. d Quāto testator digressus est ad plures gradus substitutionum. Liberi ¶ positi in conditione, an & quatenus censeantur substituti, quando facti sunt plures gradus substitutionum prater Clarum nostrum, diuersimodē explicant Ant. Gabr. commu. conclus. lib. 4. conclus. 4. de fideicommiss. Ioan. Cephal. consil. 252. num. 17. Iacob. Mand. Alba consil. 87. nu. 12. Rolan. a Valle conf. 5. n. 9. volum. 3. Frac. Burs. col. 1. n. 1. vol. 1. & conf. 5. n. numero 31. Chassan. consil. 14. nu. 1. Marc. Mantua. consil. 22. col. 1. Tiber. Dec. consil.

QVÆST. LXXIX.

Prosequendo alias coniecturas, ex quibus colligi possit mentem testatoris fuisse, ut filij in conditione positi censeantur vocati, reperio, quod Guido Papæ decis. 148. dicit sibi videri optimam coniecturam, si testator in conditione ipsa appoſuerit verbum *Masculis*, puta, quia dicit, si filius meus sine liberis, & descendentes masculis decesserit, substituto Caium. Nā hoc casu, secundum eum, illa qualitas masculinitatis adiecta operabitur, ut censeantur vocati. Sed tu tene contrarium. Eadē enim ratio utroque casu militat, & propterea ista coniectura communiter non recipitur, ut attestatur Ripa in d. l. Centurio. n. 162. & in d. l. n. 8, C. de pact. quem refert excellentes Doctores, & multa eruditio nis D. Hieron. Masfred. lib. 1. attentatorum in 6. part. nu. 2. vbi & ipse sateri videtur contra Guid. Papæ esse communē Doct. opin. Hanc etiam opin. contra Guid. Papæ dicit esse magis communem, Paris. cons. 31. num. 22. lib. 2. & conf. 44. num. 1. eo. vol. Soc. Iur. consil. 118. nu. 15. lib. 1. & conf. 177. nu. 16. & seq. lib. 2. & ita contra istam coniecturam in facti contingentia indicauit Curia Parliamenti Delphin. ut ipsemet Guid. Papæ refert in d. decis. 184. & decis. 600. Et licet Dec. conf. 546. circa princ. dicat quod illud dictū Papæ non est contra communem opin. et quod imō non habet contradicentem: Tu tamen ipse per te videre potes in locis præallegatis, an Dec. verum dicat. Et idē consulendo, aut indicando nullo modo adhareas d. opin.

Guid. Papæ, quia caret substantia veritatis.

Tertia coniectura allegatur quando isti filij positi in conditione sunt ex descendentes ipsius testatoris: & secundū hanc coniecturā conclusio gl. in d. l. Lucius. esset limitanda, ut non procederet in descendentes. Et hęc fuit opin. Salyc. in l. 1. nu. 5. C. de condit. inser. tis, pro qua facere videtur ea quæ dixi supra §. Substitutio. Sed tamen hæc fallentia communiter damnatur, ut dicit Ripa in d. l. Centurio. post nu. 159. vers. Tertio verba: & dicit Soc. conf. 116. post nu. 8. d. vol. fin. vers. ex quibus patet, quod commun. opin. est in contrarium. Et ita tenent Auctores supra allegatos in q. 77. potes videre multos in specie loquentes de descendentes, & attestantes etiam in illis, opin. gl. esse magis communem. Et de hoc non est dubitandum. **Q**uarta allegatur coniectura, quando testator a digressus est ad plures gradus substitutionū, semper sub illa conditione, si sine filiis, & c. quo casu, cū testator toties posuerit istos filios, siue descendentes in conditione, videtur eos maxime dilexisse, & consequenter sumendam esse coniecturā, quod eos vocare voluerit. Et hæc fuit opin. Per. de Anch. conf. 74. nu. 2. in fin. vbi subdit, quod hæc modificatio ad d. g. sibi videtur iustissima, & æqua. Hęc tamē coniectura ita simpliciter deducta communiter reprobat, ut dicit Ripa in d. l. Centurio nu. 165. & reuera multi ex Doct. seq. opi. gl. & attestant, illā esse communem, loquuntur in casu, in quo testator fuerit digressus ad plures gradus substitutionū: & tamē eo nō obstāte, transeūt cum opin. ipsius gl. Ideo propter hanc solā coniecturam non esset in practica a communi opin. recedendum. **Q**uinta est coniectura, quando testator expressit rationē: quia scilicet volebat bona sua in masculis, et familia conseruari. Nā eo casu vtiq; censetur voluisse inter ipsos descendentes inducere fideicommissū, & cōsequenter etiā, si tātūmodo sint in conditione positi, tamē cēsentur uocati. Et hęc est cōmunis, & firma cōclusio, ut attestatur Paris. conf. 6. nu. 6. li. 3. Sed in hoc proposita vidēda sunt ea, quæ dixi sup. §. Substitutio. In his tamē omnib. coniecturis maxime versabitur religio iudicare debentis: qui secundum suā conscientiā diligenter estimabit, an testator verisimiliter ipsos filios, siue descendentes in conditione positos, vocare voluerit. Et licet singula forte non prodesent, secundū cōes sententiā superius relatas: si tamē duæ, vel plures concurrant, et cōscientia ita suadeat, poterit intrepidē iudicare contra opin. illius gl. præsupposito, tamen semper, q̄ isti in conditione positi, sint ex descendentes ipsius testatoris: alias non esset a communi opinione aliquo modo recedendum, ut supra sæpius dixi.

QVÆSTIO LXXX.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Quando plures simul sunt instituti, vel substituti, an censeantur vocati simul, & semel, an autem ordine successiuo.
- 2 Et quid si vocati sunt copulatiue.
- 3 Et quid si in eo casu cadat inter ipsos, nō solum ordo charitatis, sed etiam necessitas instituendi.
- 4 Et an censeantur vocati per fideicommissum, an vulgariter substituti.

- 5 Et quid si sint vocati per alternationem.
- 6 Et quid si per dictionem, Cum.
- 7 Et quid si sub nomine collectiuo.

Ex Additionibus.

- 1 Si frater, et eius filij sint heredes instituti, an simul admittantur.
- 2 Propter solum ordinem charitatis a sermonis proprietate non est recedendum.
- 3 Quæ sit natura copulæ.
- 4 Si plures copulatiue restituantur, inter quos nō solum cadit ordo affectionis, sed etiam necessitas instituendi, ordine successiuo admittuntur.
- 5 Et quid si plures sint instituti per dictionem cum, simul vna.

QVÆ.

ADDITIONES.

QVÆST. LXXX.

Ordine successiuo. De quæst. ista, videlicet de matre hærede instituta, & filijs eius masculis legitimis, & naturalibus gradatim, & successiue vocatis ab auita matre in suo elogio. An intelligantur vocati vna cū eorum matre, an vero ordine successiuo? vide nouissime per Olasc. deci. 81. vbi plene, & ad vtramque partem eā discutit, atque pronegatiua tandem ad fatorem matris cōcludit, & dicit pro ea senatum iudicasse: vide ibidem. Giachar. b Institutio Titium fratrem meum, & eius filios, & c. Si frater, & eius filij sint heredes instituti: nō secundum ordinem successorum, sed simul, & coniunctim in primo gradu instituti intelliguntur. Ita tenent post Clarū nostrū, & alios, quos laudat Hieronymus Gabriel conf. 101. num. 1. cum seqq. lib. 2. & Franc. Mant. in tractat. de coniectur. vlt. volunt. lib. 4. tit. 9. num. 19. Huiusque præcipuum opinionis fundamentū illud est: quod cessante necessitate instituti, propter solum ordinem charitatis, non est a sermonis proprietate recedendum, verbiq; inferuire melius est, l. nō aliter. 69. in princ. ff. de legat. 3. l. 3. §. si is, qui nauem. ff. de exercit. act. Natura ¶ autem copulæ ea est, ut coniuncti æqualiter, & pro virilibus portionibus admittantur. l. reos. 11. §. i. ff. de duobus reis constituend. l. si duobus. 16. ff. de legat. 1. l. si quis Attio. 7. ff. de usufruct. accret. l. 1. C. si plures vna sentē. condemnati sunt. l. vnic. §. si ita definitis. 10. vers. hoc ita tam varie. & §. vbi autem. 11. C. de caduc. toll. Igitur frater & eius filij coniunctim, & ex æquis portionibus intelliguntur instituti, cū nulla necessitas eos instituire cogat. Mantic. d. tit. 9. nu. 20. & seq. vbi contraria diluit. Harprecc. c Et Canonistæ. Vide per Olasc. d. decis. 81. col. 4. Giach. d Quando. Adde, & vide etiam per Olasc. plene d. decis. 81. post numer. 12. qui citat auctorem nostrum hic: & dixi etiam in Iulij Clari Sentent. Pract. Ciuil.



Alia nunc est Quæstio abſoluenda circa Testatoris mentem interpretandam valde utilis, & quotidiana. Quando plures simul sunt instituti, vel substituti, an censeantur vocati simul, et semel, an autem ordine, successiuo? Et quia materia est satis confusa, procedemus per conclusiones, ita, ut quantum fieri possit, clarior reddatur. Sciendū tamen in primis, quod inter personas a testatore vocatas, duplex ordo potest considerari: charitatis, seu affectionis, & necessitatis. Ordo charitatis, seu affectionis est, quando persona vocatæ sunt positæ in diuersis gradibus ab interfecto: puta, quia instituit fratrem meum, & eius filios, vel huiusmodi. Certum est enim, quod frater meus est mihi in gradu proximior, quā eius filij, neque erga istas persona, a testatore institutas, potest considerari aliquid necessitatis eas instituendi, sed tantummodo voluntas, & sic charitas, vel affectio. Ordo autem necessitatis est, quando persona, quas testator instituit, erant de necessitate ab ipso testatore instituendæ. Intellego de necessitate causatiua: quia scilicet eis non institutis, testamentum posset esse nullum: puta quia testator instituit filium suum in potestate, & nepotem ex eo natum, vel nasciturum. Quo casu videtur non solum filium de necessitate instituisse, quem omnino instituire tenebatur, ut dixi supra, q. 38. sed etiam nepotem, ne testam. rēperiretur, quo casu filius esset præmortuus, & ipse nepos, qui primum locum tenebat, reperiretur præteritus.

Hoc præmissis, Prima sit conclusio, quod quando plures vocantur per copulam, inter quos solum cadit ordo charitatis, et affectionis, absque vlla necessitate instituendi, vel substituti: disputa, instituit Titium fratrem meum, & eius filios tunc tales persona censeantur vocati simul, & semel, non autem ordine successiuo. Et licet Bar. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. et posthu. tenuerit contrarium: hæc tamen conclusio magis communiter tenetur, ut dicit Alex. conf. 129. n. 7. lib. 5. Dec. conf. 95. nu. 2. & dicit Capol. conf. ciuili 52. post nu. 4. quod ita tenent communiter Doct. Legistæ, & Canonistæ. Hanc et conclusionem attestantur esse cōmunē Scribentes in d. §. quidā recte, & in specie imola post nu. 20. vers. Interdum vero, et D. Iacob. But. Doct. cl. arissimus: & conc. inuis meus, et Ias. nu. 22. & seq. Idē et dicit Alex. conf. 22. post nu. 8. lib. 3. quod est duplicatū in cōf. 13. lib. 4. Corn. conf. 229. in lit. l. lib. 3. Soc. conf. 90. lib. 1. & conf. 113. nu. 1. eod. vol. quod est duplicatum in consil. 238. lib. 2. Guid. Papæ consil. 122. num. 2. & conf. 135. post nu. 1. vers. Sed circa præmissa, & conf. 136. post nu. 1. vers. Sed an dubium. Ias. conf. 206. nu. 2. lib. 2. Dec. conf. 205. post nu. 1. & conf. 236. post nu. 1. col. 2. vers. sed illa et cōf. 248. nu. 2. & conf. 253. post nu. 3. & in fine. conf. 291. numer. 1. Ruin. conf. 168. n. 9. lib. 2. Bertrand. conf. 9. nu. 1. lib. 1. in 2. par. & conf. 215. nu. 5. lib. 2. in 2. par. Curt. Iur. conf. 22. n. 4. & conf. 128. post num. 1. vers. aut quæro. Boer. decis. 158. n. 6. Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. 4. caut. 6. nu. 1. Bero. in c. Raynutius. nu. 82. & seq.

Quādo inter eos, qui vocantur per copulam, cadit non solum ordo charitatis, sed etiam concurrat necessitas instituendi, salte causatiua, ut est quando instituitur filius, & nepos ipsius testatoris: Eo casu non censeantur vocati simul, & semel, sed ordine successiuo, scilicet filius solus in primis, deinde nepos post eum. Et hæc est communis opinio, ut attestantur Scribentes in dicto §. Quidam recte, & in specie Alexand. post numerum 6. vers. in ea gloss. ibi, & Iason numero vigesimo. Idē dicit Alex. conf. 14. num. 10. lib. 1. Corn. consil. 159. in littera H. lib. 4. Bertrand. in d. conf. 9. num. 1. libro primo, in 2. parte, et conf. 82. n. eod. vol. & conf. 182. num. 1. lib. 3. in 2. parte. Curt. Iur. in d. consil. 128. num. 1. Bero. in c. Raynutius num. 68. & seq.

Sed quæro, an hoc casu censeantur isti filij, & nepotes vocati ordine successiuo per fideicommissum, ita ut filij censeantur grauati fideicommissis, ut restituant hereditatem nepotibus, an autem solummodo censeantur vocati per vulgarem substitutionem, si nepotes vulgariter substituti in casu, in quo filij nō sint hæredes? Resp. quod solummodo censeantur vocati per vulgarem substitutionem, non autem per fideicommissum. Et hæc est cōmun. opi. ut attestatur Dec. conf. 205. post n. 9. et conf. 248. post

L 3 post